HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 143r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



saluator eorum. et sanctus israel sit cum eis qui fecerit eos egypto et
ethiopie. et soene extremis mundi terminis predicare.
Pro soene reliqui interpretes posuerunt saba unde fuit regi
na austri. que uenit sapientiam audire salemonis.
Quam obrem honorabilis factus est apostolorum chorus in conspec
tu domini. et dilectus ab eo. et cunctorum hominum salus atque
populorum. qui per eos ad euangelium sunt uocati. et repu
tabuntur in salutem animarum eorum. Vnde iungit et
dicit. Noli timere ego tecum sum. qui uobis in euangelio
loquar. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. usque ad
consummationem seculi. Ab occidente enim et oriente
adducam filios tuos. qui requiescant in sinu abra
ham. et de cunctis mundi partibus filiorum eorum et filiarum
populis congregabitur. qui uel inuocent nomen meum. uel
meo uocentur nomine. ut appellentur xpiani in glo
riam creatoris sui. Quodque sequitur educ foras populum cecum
et oculos habentem. surdum et aures eis sunt. multi pu
tant dici de populo gentium. qui per apostolorum doctrinam au
dire ceperint et uidere. sed nos et iam hec de disperso
intellegamus israel. qui uocatus sit per aplos. primusque
crediderit quibus loquitur et paulus uobis primum opor
tuit predicare sermonem dei. et ipse dominus in euangelio. Ite
ad oues perditas domus israel. Denique sequitur. Omnes gen
tes congregate sunt simul et collecte sunt tribus idem cum
populo qui credidit ex iudeis. ut duplex uocatio sit
circumcisionis et prepucii. Quod autem dicitur educ ad filium
sermo est. siue iuxta lxx. pater de filio loquitur quod edux
erit populum cecum et surdum. et gentibus copularit et
fecerit ex eis multos ecclesie principes. miraturque